Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs tercii scena secvnda

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

ACTVS TERCII SCENA SECVNDA.

Initio ſcenæ Poeta Trochaico trimetro, mixto vel cõfuſo cũ Iãbico vtitur. Cuius & Priſci. alicubi meminit. Dein ſequitur Dimeter Iambicus catalecticus, finiendi ſermonis cauſſa, quem ad Archillida obſtetrix habuit. Poſt quem Iambici tetrametri acatelectici, & Trochaici catalectici. Dein dimeter Trochaicus. In fine Iambici aliquot ſenarij.

LESBIA obſtetrix SIMO ſenex.
DAVVS ſeruus.

Adhuc Archillis quæ adſolent, quæq́ oportent.
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.
Nunc primum fac iſthæc vt lauet. poſt deinde,
Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui,
Date. mox ego huc reuortar. Dimeter.
Per caſtor ſcit⁹ puer eſt nat⁹ Pamphilo.

 Deos

Deos quæſo, vt ſit ſuperſtes. quandoquidem ipſe eſt ingenio bono,

Cumq; huic veritus eſt optumæ adoleſcenti facere iniuriam.

SI. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe ortum? Da quid nã id eſt?

SI. Non imperabat coram, quid opus facto eſſet puerperæ.

Sed poſtquam egreſſa eſt, illis quæ ſunt intus, clamat de via.

O Daue, itan contemnor abs te? aut itane tandem idoneus

Tibi videor eſſe, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Saltem accurate, vt metui videar. certe ſi reſciuerim

Da. Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego. SI. edixin tibi?

Interminatus ſum, ne faceres? num veritus? quid retulit?

Credon tibi hoc nunc, peperiſſe hanc e Pamphilo?

Da. Teneo quid erret, & quid agam habeo. S. quid taces?

Da Quid credas? quaſi non tibi renun-
ciata ſint hæc ſic fore.

Si. Mihin quiſq; ? DA. eho, an tute in-
tellexti hoc adſimularier? Si. irrideor.

DA. Renũciatũ eſt. nam qui iſthæc qui
tibi incidit ſuſpicio?

Si. Qui? quia te noram DA. quaſi tu
dicas factum id conſilio meo.

Si. Certe enim ſcio DA. non ſatis me
pernoſti etiam qualis ſim Simo.

Si. Egone te? DA. ſe[illegible]quid narrare
occepi, continuo dari.
Tibi verba cenſes. Si, falſo. Da, itaque
hercle nihil iam mutire audeo.

Si Hoc ego ſcio vnum, neminem
peperiſſe heic. Da. intellextin?
Sed nihilo ſecius mox deferent puerum
huc ante oſtium.
Id ego iam nunc tibi renuncio here
futurum, vt ſis ſciens.
Ne tu hoc poſterius dicas Daui factum
conſilio aut dolis.
Prorſus a me opinionem hanc tuam eſſe
ego amotam volo.

SI. Vnde id ſcis? DA. audiui, & credo
Si. multa concurrũt ſimul,
Qui coniecturã hanc nunc facio. iam
primum hæc ſe e Pamphilo.
Grauidam dixit eſſe. inuentum eſt fal-
ſum. nunc, poſtq̃ videt.
Nuptias domi adparari, miſſa eſt ancil-
la illico.
Obſtetricem accerſitum ad eam & pue-
rum vt adferret ſimul.
DA. Hoc niſi fit, puerum vt tu videas,
nihil mouen[illegible] nuptiæ.
Si. quid ais? quom intellexeras Dimeter
Trochaicus.
Id conſilij capere, cur non dixti extem-
plo Pamphilo?
DA. Quis igitur eũ ab illa abſtraxit, niſi
ego? nam omnes nos quidem.
Scimus, quã miſere hanc amarit. nunc
ſibi vxorem expetit.
Poſtremo id mihi da negoci. tu tamen
idem has nuptias.
Perge facere, ita vt facis. & id ſpero ad-
iuturos deos.
Si. Imo abi intro. ibi me opperire, &
quod parato opus eſt, para,

Non

Non impulit me, hæc nunc omnino vt crederem.

Atq; haud ſcio, an, quæ dixit, ſint vera omnia.

Sed paruipēdo. illud mihi multo maximum eſt.

Quod mihi pollicitus eſt ipſus Gnatus. nunc Chremem.

Conueniam. orabo Gnato vxorem. ſi impetro,

Quid alias malim, quam hodie, has fieri nuptias?

Nam Gnatus quod pollititus eſt, haud dubitum eſt mihi,

Si nolit, quin eum merito poſſim cogere.

Atq; adeo in ipſo tempore eccum ipſū obuiam Chremem.